

CAP. 5. operari fructus Justitiae. 43  
te proinde, Christiani, sit vester Chri-  
stianism⁹ non externus sed internus,  
neq; à primis labris sed ex cordis fun-  
do, ex vera, vivifica & operosa fide, ex  
sincera, interna, seria, assiduaq; pœni-  
tentia proficiscatur, aut sequetur ja-  
ctare vos Pseudochristianismum, nul-  
lum opus Deo posse approbare, nec hi-  
lum in illa die vobis profuturum, ubi  
Deus omnia ex corde æstimabit & ju-  
dicabit. Qui vero cor impurum habe-  
re vos agnoscitis, autor sum vobis ad  
fontem salutis & gratiæ divinæ confu-  
gere, inde bibere & haurire, orare, pul-  
fare, & clamare Miserere; quo facto sa-  
nabitur cor vestrum, tegentur pecca-  
ta, & obsignabuntur delicta.

CAPUT V.  
NON SCIENTIAM VEL AUDI-  
TUM VERBI DIVINI, VERUM CHRISTIANUM  
EFFICERE & DEMONSTRARE, SED HUNC DE-  
MUM GENUINUM CHRISTIANUM ESTE, QUI  
VERBUM DEI VITA EXPRIMAT, DEUMQUE \*  
EX ANIMO INVOCET, UT ILLIUS VERBUM IN  
IPSO FRUCTIFICET & VIVIFICETUR, CEU  
VERUM SEMEN DEI.

Sap. 6. Initium sapientiae est discipli-  
na concupiscentia. Cum ergo dis-  
ciplina,